Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

arrianorum constituto concilio episcoporum pau
lum quidem remoueri fecit. eusebium
uero ex nicomedia migrantem. constanti
nopolim episcopum esse decreuit. Quo facto,
anthiochiam profectus est imperator.
Eusebius itaque nullo modo cessare pati
ebatur. sed omnia commouebat. donec
suum propositum perduceret ad effectum.
Egit ergo ut in anthiochia synodus
fieret sub occasione quidem dedicati
onis ecclesie. quam pater augustorum fabri
cari ceperat. et post eius obitum constan
tius decimo anno eam a tempore
fundationis expleuerat. peruersitate
autem ad subuersionem atque destructio
nem niceni concilii. Ad quam synodum
conuenerunt ex ciuitatibus diuersis. nona
ginta episcopi. Maximus tamen hierosoli
mitanus macharii successor non affu
it. cogitans quia ei posset subripi
ut in dampnatione subscriberet athana
sii. Sed neque iulius interfuit maxime ro
me presul. neque in locum suum aliquem
destinauit. cum utique regula ecclesias
tica iubeat. non oportere preter scientiam
romani pontificis celebrari concilia.
Fit ergo synodus. anthiochie sub presen
tia constantii principis. consulatu mar
cellini et probini. Erat autem quintus annus
mortis constantini patris augustorum.
Presidebat siquidem tunc ecclesie anthiocene fra
cillus successor eufronii. Fautores
ergo eusebii operepretium iudicantes a
thanasio derogare. primum quidem ca
lumpniati sunt. quasi extra regulam
egisset. quam tunc ipsi decreuerant. quo
non ex sententia communis concilii episcoporum
recepit sacerdotium. sed semet arrogan
do in ecclesiam fuisset ingressus. Dein

de quo eius aduentu turba generata
plurimi sedicione sunt mortui. et quia
aliqui ab athanasio cesi iudicibus
uidentur esse contraditi. Hac derogati
one tunc habita constituerunt episcopum in a
lexandria. primo quidem eusebium cog
nomento emesenum. Quo ordinato et in
alexandriam ire metuente. gre
gorium fecerunt episcopum. His ita gestis tamen
formauerunt fidem nichil quidem culpan
tes niceni concilii. sed principium prebentes.
quatenus frequentibus conciliis. alia
subinde mittantes et recitantes. ter
minus fidei paulatim in arrianam
uesaniam repedaret. Epistola concilii Antiotem de fide. x.

Nos neque
sequaces arrii fuimus. quomodo enim
episcopi presbiterum sequeremur. Neque aliam quam
piam fidem absque exposita antiquitus
suscepimus. sed etiam nos examinatores
et cognitores eius fidei facti sumus. et iudi
cauimus potius quam secuti sumus. Didici
mus enim ab initio credere in unum deum
omnium. deum uniuersorum intelligibilium
sensibiliumque creatorem et prouisorem. et in
unum filium unigenitum. ante omnia
secula existentem. et cum suo genitore ma
nentem. per quem et omnia facta sunt. uisibi
lia et inuisibilia. Et qui in nouissimis
temporibus per bonam uoluntatem patris
descendit. et ex sancta uirgine carnem
assumpsit. et omnem uoluntatem sui
patris impleuit. passus est et resurrexit.
et in celos ascendit. et in dextera pa
tris sedet. uenturus iudicare uiuos
et mortuos. et rex permanet in eternum
et deus. Credimus et in spiritum sanctum. Si
autem adiciendum est. credimus et de car
nis resurrectione. et uita perpetua.